Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25962
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uel a mortuis resurrexit ostendit. Circa horã quippe nonã,
cũ inclinata iã esset ad uesperã dies. & tepefactus a meridiano
feruore radius solis. mysteriũ uictoriosissimę passionis con
summauit. euidentẽ se insinuans. ppt̃ auferenda scelera. q̃b;
a diuina luce & dilectione. in huĩ pegrinationis noctẽ in
cidim̃. crucis subisse patibulũ. Surrexit mane ꝑma sabbati.
quę nõ dies dnica uocat̃. manifeste docens. se nos a morte
animę resuscitatos in lucẽ ꝓpetuę felicitatis ẽe ꝓducturũ.
S ed & aliud nobis memorabile mysteriũ tempore suę pas
sionis. sepulturę. & resurrectionis. intimare curauit. Sexta
q̃ppe feria crucifixus ẽ. sabbato quieuit in sepuchro. dnica
surrexit a mortuis. significans electis suis. ꝑ sex huĩ scli ętates.
int̃ pericula ꝓsecutionũ bonis operib; insudandũ. in alia
aut̃ uita. quasi in sabbato ꝓpetuo requiẽ animarũ speran
dã. porro in die iudicii. quasi in die dnica corporũ quoq;
inmortaliũ. receptionẽ esse celebrandã. in q̃b; deinceps
animę supno gaudio sine fine fruant̃. Qd aut̃ in lecti
one euangelica lectũ ẽ. quia scę mulieres uespere sabbati
quę lucescit in ꝑma sabbati uenerunt uidere sepulchrũ.
ita intellegendũ ẽ. quia uespere q̃dẽ uenire ceperunt.
sed lucescente mane in prima sabbati. ad sepulchrũ pue
nerunt. id: uespere aromata parauerũ. q̃b; corpus dni
unguere desiderabant. Sed parata uespere aromata. ma
ne ad sepulchrũ detulerunt. Qd matheus quidẽ breui
tatis causa obscuriĩ posuit. sed alii euangelistę. quo or
dine sit factũ euidentius ostendunt. Sepulto nãq; sexta
feria dno. reuersę a monumẽto mulieres. parauerũ aromata
& unguenta. quãdiu operari licebat. & sabbato quidẽ